Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

10

quod exit ex earum compositione descripsimus in tabulis libri mei corda q-
tinget ut cum arcus illarum cordarum duplabuntur habeat arcus cuiusque il-
larum cordarum tertia integra et eorum corde erit omnis veraciter note.
et remanebunt inter omnes duas cordas eorum duo loca duarum cordarum
trium quarum perscrutabimur sciam eo quod posuimus arcus in tabulis libri mei secundum
superfluum medietatis partis Quia si reperies corda arcus medietatis
partis sue invenies cum ea per capitulum compositionis et capitulum superfluum au-
gmento et quantitates cordarum reliquarum arcuum que sunt inter cordas notas
quas nominavimus secundum veritatem minoris linearum aliquis fiat et tegere
et per hoc complemus omnes cordas circuli secundum superfluum medietatis partis
hoc autem non secundum veritatem reperitur quoniam et si corda arcus partis et semis sit
non tamen earum certam est recepta secundum veritatem minoris aliquis fiat et tegere Per-
scrutabor igitur inventionem corde arcus unius partis per corda arcus partis et
semis et per corda arcus medietatis et quarte partis et ponam capitulum de hoc
Minimus enim non contineat vere quantitatem omnium cordarum possibile tamen est ut per
ipsum inveniatur quantitas cordarum parvorum arcuum et ita ut nichil veritatis
eius eo sentitur quantitas deficiat et ad hoc permitta hoc capitulum Si descripte sunt
in circulo due linee diverse erit proportio corde longioris ad corda brevioris
minor proportione arcus longioris ad arcum breviorem Et describam propter hoc circu-
lum super quem sunt a b g d. in quo sit due corde diverse quarum brevior
sit a b. et earum longior sit b g. Dico ergo quod proportio corde b g ad corda
b a. est minor proportione arcus b g. ad arcum b a. quod sic probatur Dividam
enim angulum a b g in duo media linea b d. et protraham lineas a e g et.
a d. et g d. Et quoniam angulus a b g divisus est in duo media linea. e d. vel
linea e d est longior d z. erit circulus descriptus super centrum d. cum longitudine d e.
secabit a d. in partibus d z: ergo signabo circulum super quem sunt h e t. et producam
d z. ad t. Et quia sector d e t. est maior triangulo d e z. et triangulus d e a.
est maior sectore d e h. erit proportio trianguli d e z ad triangulum d e a. minor pro-
portione sectoris d e t ad sectorem d e h. proportio autem trianguli d e z. ad triangu-
lum d e a est sicut proportio linee e z. ad e a. et proportio arcus ad arcum sic sector
ad sectorem et sic anguli ad angulum per et proportio sectoris d e t ad
sectorem d e h Et sic proportio anguli z d e ad angulum a d e. ergo proportio linee
z e ad lineam e a est minor proportione anguli z d e ad angulum e d a Cum ergo
compositum erit proportio linee z a. ad lineam e a. proportione minor anguli z d a
ad angulum a d e et erit proportio dupli a z. quod est g a ad a e. minor propor-
tione anguli g d a qui est duplus anguli a d z ad angulum e d a Et cum
divisimus erit proportio linee g e. ad a e. minor proportione anguli g d e. ad
angulum e d a Sed proportio linee g e ad e a est sicut proportio corde b g ad cor-
da b a. et proportio anguli g d b. ad. a d b. angulum est sicut proportio ar-
cus b g ad arcum b a proportio corde g b g ad corda b a z est minor
proportione arcus g b. ad arcum b a. et hoc est quod voluimus demonstrare